

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA
SALAMANCA

AVGVSTINI
BARBOSAË,
I. V. D. LVSITANI,
PROTONOTARII APOSTOLICI

*Olim Sacra Congregationis Indicis Consultoris, & insignis Ecclesia
Vinaranensis Thesaurarij maioris,*

NVNC VERO EPISCOPI V Gentini, ET A CONSILIIIS
D. PHILIPPI IV. Hispaniarum Regis Catholici,

TRACTATUS VARII.

- QVORVM
- I. De Axiomatibus Iuris vsus frequentioribus.
 - II. De Appellatiua verborum vtriusque Iuris significatione.
 - III. De locis communibus argumentorum Iuris.
 - IV. De Clausulis vsus frequentioribus.
 - V. De dictionibus vsus frequentioribus.

Circum iudiciorum, contractuum, vltimarum voluntatum, & delictorum cognitionem, in
disputando, & consulendo valde utiles, & necessarii.

Nunc vetius recogniti, & præter illa, qua passim obiter intertexta, multis Sacrae Rotæ decisionibus, &
quamplyurimum Doctorem tam veterum, quam recentiorum resolutionibus illustratis,
qua his notulis [] dignosca poterunt

Assessant SYMONE IEREMIA, & IUDICIA Axiomaticæ, Appellatiuæ, Theoricae, & iudicialium,
Clausularum, D. Alençis, & Arçis vltimarumque locupletissimæ



LVGDVNI,
Sumpribus PHILIPPI BORDE, LAURENTII ARNAVD
& CLAVDII RIGAVD.

M. DC. LX.
CVM PRIVILEGIO REGIS.





NOBILISSIMO AMPLISSIMOQVE DOM.

D. PETRO DE SEVE,

*BARONI DE FLECHERES,
Domino de Fariens, Villette, & Grelonges, Re-
gis Consiliario, & in Præfectura Lugdunensi
Prætori, necnon Præsidi dignissimo, & Præpo-
sito Mercatorum meritissimo.*

DVM Lugdunum tota sibi Te in Mer-
catorum Præpositum euectum plau-
dit, PRÆTOR ILLUSTRIS-
SIME, cuiusvis est amanti Patriam & sibi
plaudere; nam in Urbis publica gratulatione
conticescere Cuius non est; quando & mem-
bra iuuant, quæ corpori profunt, nec magis
mens publica, quàm per omnium priuatorum
sensus aperitur. Ego tanto in gratulantium nu-
mero, ne commodis tum priuatis, tum pu-
blicis aduersus videar, muneri meo deesse nolui
accessi verendos illos tuos postes salutator; & v;
acceptius officium esset, admissorem, non int
commodum puto, appellavi. Is Barbosa est-
peritia iuris iam celebris, celebrior postmodum,

ã 3 nominis



AUGUSTINI BARBOSÆ V. I. D.

AXIOMATVM IVRIS VSVFREQVENTIORVM EXPOSITIO,

Multis sacre Rota decisionibus, & quamplurium Doctorem, tam veterum, quam recentiorum resolutionibus locupletata.

A X I O M A I

Absolvere.

- 1 Absolvere potest, qui potest condemnare.
- 2 Prescripta potestate absolvendi, dicitur etiam prescripta potestas condemnandi.
- 3 Absolvere, & condemnare commutabilia sunt.
- 4 Absolvere non potest, qui condemnare non valet.
- 5 Argumentum valet, non potest condemnare, ergo nec absolvere.
- 6 Potestas ligandi eadem est, atque solvendi.
- 7 Episcopus non potest absolvere exemptos etiam volentes.
- 8 Absolvere, vel condemnare qui non potest, nunquid condemnandum, seu absolvendum pronunciaré possit remissive.
- 9 Absolvere potius debet Index, quam condemnare.
- 10 Absolvere nocentem sanctius est, quam condemnare innocentem.
- 11 Index non debet absolvere in dubio, quando agitur de periculo animæ ex absolutione.
- 12 Absolutio expressæ dicitur, qui non est condemnatus.

AB SOLVERE potest, qui potest condemnare, ut per tex. in l. 3. ff. de re iudic. tradunt Innoc. in c. dilecto, de officio Archiep. Felin. in c. auditis, n. 10. in fine, de prescript. Bald. in l. imperium, n. 11. vers. circa ultimum, ff. de iuris d. omnium iud. Herman. Det. in rub. ff. de acq. poss. n. 18. in fine, dum aiunt quod ille, qui prescriptis potestatem absolvendi, dicitur etiam prescriptis potestatem condemnandi, Curter. in tract. August. Barbosa Axiom. Iur.

de heretic. n. 72. Menoch. de arbit. lib. 1. q. 43. num. 13. in fine, Card. Tusch. pract. cont. lit. A, conc. 40. n. 1. Farin. fragm. crim. p. 1. lit. A, n. 6.

ABSOLVERE enim, & condemnare commutabilia sunt, & qui unum potest, potest & aliud, Rip. in d. l. 3. num. 1. gloss. in Clem. cum a sepius, de appell. Felin. in cap. cum inferior, num. 4. de maiorat. & etiam Menoch. d. q. 43. a princip. Falluc. d. lit. A, num. 7. Ludou. Gomez in cap. 2. §. 1. num. 4. 3. cum seqq. de constit. in 6.

ABSOLVERE igitur non potest, qui condemnare non valet, nemo qui condemnare, ff. de regulis iuris. Socin. sen. in rub. ff. de acquir. poss. num. 3. Menoch. d. q. 43. n. 1. vers. altera est negativa, & n. 16. cum seqq. ubi ponit duas declarationes, quarumque, si habenti potestatem absolvendi, & condemnandi, si auferatur potestas condemnandi, censetur etiam sublata potestas absolvendi, refert Facin. d. lit. A, num. 11. Nam valet in hac materia argumentum negativum, sicut & affirmativum, Non potest condemnare, ergo nec absolvere, ut per Federic. de Senis conf. 14. incip. Monachus Perusinus num. 4. vers. in secunda questione, quem refert Card. Tusch. d. cont. 40. n. 1.

Eadem est enim potestas ligandi, atque solvendi, cap. verbum, de preiur. dist. 1. cap. cum inferior, de maiorat. & apud. Procedit autem de iure communi regula illa, Quis non potest ligare, ergo nec absolvere: secus si de iure speciali ex privilegio, quia licet Episcopus non possit excommunicare, neque ligare exemptos, tamen potest illis volentes absolvere in casibus, in quibus de iure communi alios suos absolveret, ut resoluit Federic. de Senis d. conf. 14. num. 1. vers. in secunda questione, usque ad fin. prout illum citat Cardin. Tusch. d. cont. 40. num. 4. Verum tamen non placet hæc distinctio Abb. in cap. significasti, num. 11. vers. in fine non absolvit, A tibus.